

**Q**uod pater sancte si feceris **R**espondebo no-  
men tuum admirabile gloriosum atque  
lume fratribus meis apostolis et discipu-  
lis. quod fecit quando manifestauit eis resurre-  
ctionem suam factam virtute dei patris in pu-  
blico et manifesto in congregatione fide-  
lium post resurrectionem meam faciam per me-  
os annunciarum virtutem tuam ad laudem  
et gloriam nominis tui

**I**nuitat alios ad laudem dei. **Q**ui timetis  
deum timore filiali laudate deum corde et  
ore et vniuersi imitatores fidei et ope-  
rum iacob glorificate eum coram omnibus.

**T**imeat eum timore reuerentie omne se-  
men spirituale israel. omnes fideles quoniam  
non despicit nec spreuit deprecationem  
pauperis. sed christi qui cum omnium diues esset  
pro nobis omnibus pauper esse voluit. ut nos sua  
paupertate diuites faceret.

**N**ec auertit faciem suam a me repellen-  
do orationem meam ut resurgerem sed cum  
clamarem ad eum exaudiuit me relin-  
quendo me a mortuis

**C**onatus ad patrem loquens gratiarum actio-  
nem agens ait. **A**puud te laus mea relau-  
dabo omnia ad tuam laudem referendo in ec-  
clesia que est magna tam fidelium multi-  
tudo quam honorum amplitudo spiritualium  
et vota mea sed sacrificium corporis et san-  
guinis quod voluntarie in cruce obtuli tibi of-  
ferri faciam continue in memoriam passio-  
nis mee in conspectu timentium te ut in-  
telligant et verum corpus esse et per illud se  
saluari.

**Q**uod sacrificium corporis et sanguinis mei  
erunt pauperes spiritu contemptores se-  
culi. et humiles et saturabuntur pigritudine  
diuine gracie et laudabunt dominum spiritu-  
aliter exultantes qui requirunt eum cum cordis  
desiderio et viuunt corda eorum qui digne  
sumunt illud hic vita gracie et in seculo se-  
culi vita glorie.

**G**entes remiscuntur per predicationes  
apostolorum dei sui cuius cognitionem licet  
naturaliter esset inserta dyabolus obscura  
uerat et cognoscentes se esse in tenebris ob-  
uolutos conuertentur ad dominum

vniuersis finibus terre.

**E**t adorabunt eum adoratione laice aliqui  
de vniuersis familiis gentium.

**E**t hoc dicitur **Q**uia dominus id est christi. est re-  
gnum generaliter. ipse enim est rex regum et  
dominus dominantium et ipse dominabitur  
gentium cui dictum est a patre. postula a me et  
dabo tibi gentes hereditatem tuam

**P**ropheta ostendit quibus sumere sacramen-  
tum altaris sit damnosum. scilicet reprobis de quibus  
ait. **M**anducauerunt non solum pau-  
peres. sed humiles et deuoti. sed etiam pingues  
terre terrenorum cupidi et sectatores. sed  
diuersimode. quia primi. scilicet boni sacramenta-  
liter et spiritualiter. mali vero sacramentaliter  
tantum et adorabunt speciem non sim-  
plici et puro corde et sed simul manducet ma-  
li cum bonis in conspectu tamen eius  
cadent inuisibili casu per peccata omnes  
qui descendunt ab amore dei ad a-  
morem terrenorum.

**P**ropheta in persona cuiuslibet iusti.  
**P**ingues cadent. sed **A**nima mea qui pau-  
per sum et humilis illi sed deo viuere ad bo-  
norem eius illi placebit mandata obseruando  
et filii mei per imitationem fidei seruiant  
ipsi domino

**A**nnunciabitur domino per angelos nu-  
tios suos non quod deum quem lateat sed ut ipsi  
ministerium impleant generatio ventura  
generatio christiana que ex aqua et spiritu sancto  
erat deo largiente procreanda et celi. id est  
apostoli et doctores annunciant filium eius  
quia ipse iusticia per quem omnes iustifica-  
mur populo qui nascetur ex aqua et spi-  
ritu sancto quem dominus predestinavit  
ante secula.

**P**salmus. XXII. in quo de mise-  
ricordia dei.

**G**loria ecclesie sciens se christi pas-  
sione saluatam. et per gratiam baptis-  
matis inuouatam iocunditate dulcis-  
sima confitetur dicens.

**D**ominus regit me  
eripiendo me a seductionibus

impiorum sicut bonus pastor regit oves suas. et eo regente nihil mihi deerit de eo quod est necessarium ad salutem et etiam in temporalibus in loco pascue in lectione sacre scripture me collocauit ut ibi pascat et reficiat. quia sermo diuinus animam non uult saginare fideliter meditat<sup>9</sup>.

**S**uper aquam baptismi quo reficiuntur qui integritatez et vires amiserunt et anima ariditate peccatorum sterilis ad bonos fructus inferendos diuinis muneribus irrigatur. **E**ducauit me spiritualiter ad profectuz nutriendo et post animam meam conuertit quia post baptismum de peccatrice facta est iusta de feculenta mundissima de con-

tracta sine ruga sicut ap<sup>l</sup>s dicit **D**eduxit me per artiora mandata iusticie et perfectiora consilia per que iusticius celestem conuersationem consequuntur et hoc non ex meis meritis sed ex misericordia nominis sui.

**V**ere deduxit me per semitas iusticie quia **S**i ambulauero in medio huius uite que est umbra mortis quia caligine peccatorum est obscura et ad mortem deducit non timebo mala siue occulta siue manifesta quonia tu mecum es p<sup>r</sup>ector uite mee cum quo nemo perire potest.

**V**irga tua. s. leuis disciplina. que imponit infirmis et bacul<sup>9</sup> tuus. s. durior disciplina que imponitur grandioribus non me afflixerunt mortificando sed consolata sunt potius sunt enim signa paterni amoris.

**C**onsolatus etiam quia **P**arasti domie in conspectu meo. s. fidelium non infidelium mensam sancte eucharistie ut in ea possent refici. **O** beata diuino. epulatio felix. satias fidei. esca celestis. parasti dico aduers<sup>9</sup> eos qui in aliqua peruersitate diuersi ecclesiaz dei suo g<sup>r</sup>iter errore contristant

**I**n qua mensa **R**etificasti spuali leticia mentem caput anime mee. et calix. i. amor diuinitatis mihi datus quod me inebriasti et obliuisci me fecisti omnium miseriarum et curarum huius seculi. valde preclar<sup>9</sup> est quonia fecisti carnalium cogitationum et affectionum non miscetur illo et producit insup ad claritatem eterne uite

**E**t misericordia tua subsequetur me quasi custos et pastor ut perseuerem in bono omnibus diebus uite presentis.

**M**isericordia tua subsequetur me adiuuans et efficiens. **E**t inhabitet in futuro in celesti hierusalē eternaliter.

**P**salmus. **XXIII.** in quo de glorificatione christi et hominis reparatione.

**P**ropheta ostendit christum dominum eorum orbis terrarum ut sicut nullus ab eius imperio probatur exceptus ita nec ab eius fide quis debeat esse alienus dicens.

**D**omini id est christi qui est rex regum et dominus dominantium est terra quam creauit et omnia quibus plena est et ornata orbis terrarum cum habitatoribus suis.

**Q**uia ipse iuxta maria firmam statuit ut mare non eam totam occupet ut homines et animalia in ea possent viuere et iuxta flumina preparauit. s. orbem.

**P**ropheta querit quis sit dignus qui in culmine virtutum possit ascendere dicens. **Q**uis quasi diceret pauci ascendet in montem perfectionis iusticie aut quis dignus in illa eterna beatitudine cum domino semper manere.

**R**espondet propheta **P**idurus in operibus mundus in cogitationibus qui non accepit in vano animam suam deputando eam seu implicando rebus terrenis et caducis que vane sunt. sed magis applicuit eam rebus spiritualibus et eternis cum ipsa sit creatura spiritualis et immortalis nec iurauit in dolo proximo suo ipsum fallaciter decipiendo.

**H**ic accipiet benedictionem a domino in hac vita incrementum virtutum et in alia beatitudinis premium erit enim inter illos quibus in die iudicij dicitur est dominus. venite benedicti in patre. percipite regnum etc. et misericordiam totaliter liberatez ab omni miseria accipiet a deo salutari suo christo qui vere est salutaris. a quo et peccata relaxant et beatitudo tribuitur.